



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXLVIII. De Vastatione territoriorum Pastoviae & Gesoviae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Quersfurt XII. Mag. Prov. in Prussia*

re ipsi Castrum Scalovvitarum. Cujus verbis Rex aurem credulam adhibens, dedit ei exercitum eadem hyeme. Qui venientes propè dictum Castrum, fratrem Ludevvicum dictum Osse interfecerunt, deinde cum occultè venirent usque ad portam, frater Conradus & frater Albertus de (a) Indagine cum suis armigeris licet paucis, audientes strepitum exercitus, opposuerunt se viriliter, & habito longo altercationis bello, tandem vix Castrum ab impugnatione Infidelium defenderunt; non tamen sine latione plurium utriusque partis. Lethovvini autem videntes quod amplius agere non possent, cum busto præurbio recesserunt.

## ANIMADVERSIO.

(a) Von Hagen / ut notat Ampliss. Dn. Zamelius.

## CAP. CCXLVII.

De

*Præurbiorum combustione Castrorum  
Inpigoda & Piste.*

**E**odem anno in die B. Jacobi Apostoli frater Meneko Magister nec labore victus, nec morte vincendus, qui nec mortem timuit, nec vivere recusavit, congregatâ magnâ potentia Equitum, ambo Castra Lethovvinarum, scilicet Junigedam & Pistan fortiter impugnavit, & occisis & vulneratis aliquibus utriusque partis, cum amplius agere non posset, suburbia utriusque Castri funditus concremavit.

## CAP. CCXLVIII.

De

*Vastatione territoriorum Pastovia & Gesovia.*

Anno

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Mencko de Quersfurt XII. Mag. Provinc. in Pruss.

Anno Domini MCCXCIV. tempore hyemali Magister de salute fidelium sollicitus, cum potentia exercitus sui volens invadere territorium (a) Erogel, disvasum fuit ei. Unde divisit exercitum in duas partes, sic quod fratres de Raganita cum Sambitis intraverunt territorium Pastovia, alia pars processit contra territorium Gesovia, utrumque molestantes graviter per incendium, sic quod occisis & captis C. hominibus, cum præda maxima sunt reversi.

ANIMADVERSIO.

(a) Addit Jerofchinus, Coelestinum Papam, cum vix annum sedisset, Pontificatu cessisse, & monasterio, in quo antea vixerat, se inclusisse. fol. 176. Conf. que ad Caput CCLIX. notavimus.

CAP. CCXLIX.

De

*Eventu mirabili in hoc bello.*

Notandum quod quando movetur bellum, exercitus dividitur in diversas vias, ut possit ordinatè & sine pressura procedere; tamen sæpè contigit ex vario eventu, quod prætermisâ debitâ ordinatione conveniunt in glacie centum equites, vel CC. vel mille, ad unum locum. Qualiter autem glacies tam grave onus possit sustinere sine fractura, nescio, DEUS scit. Undè in multis bellis hyemalibus & maxime in isto, de quo jam dictum est, posset mira res & admiratione digna considerari, si quis vellet diligentius intueri. Quia exercitus iste in fine hyemis, quando glacies solis calore superveniente supra, & aquæ fluxu infra consumitur, in media nocte armatus transivit glaciem Memelæ, & dum transiisset sine omni periculo, dissoluta fuit & contracta, sic quod manè facto non apparebant vestigia glaciæ. Quis hæc facere poterat, nisi ille solus, qui imperavit mari, ut

T t

tan-